

# *Exempla ad imitandum στα Λατινικά Λυκείου:* διδακτικές προσεγγίσεις

## Σπυρίδων Τζούνακας

Αναπληρωτής Καθηγητής Λατινικής Φιλολογίας  
Τμήμα Κλασικών σπουδών και Φιλοσοφίας  
Πανεπιστήμιο Κύπρου

Ημερίδα με τίτλο «Πτυχές της διδασκαλίας των Λατινικών:  
προσεγγίζοντας το κείμενο και τον κόσμο του»

Λευκωσία, 6 Απριλίου 2024

Longum iter est per praecepta, breve et efficax per exempla (*Sen. Ep. 6.5*)

«είναι μακρύς ο δρόμος μέσω των διδαχών,  
σύντομος καὶ αποτελεσματικός μέσω των  
παραδειγμάτων»

Scio a praeceptis incipere omnis qui monere aliquem volunt, in exemplis desinere. Mutari hunc interim morem expedit; aliter enim cum alio agendum est: quosdam ratio dicit, quibusdam nomina clara opponenda sunt et auctoritas quae liberum non relinquat animum ad speciosa stupentibus.

(Sen. *Marc.* 2.1)

«Γνωρίζω ότι όλοι όσοι επιθυμούν να συμβουλεύσουν κάποιον αρχίζουν με διδαχές, τελειώνουν με παραδείγματα. Κάποιες φορές εν τω μεταξύ είναι ωφέλιμο να αλλάζει κανείς αυτή τη συνήθεια· διότι στο κάθε πρόσωπο πρέπει να υπάρχει διαφορετική αντιμετώπιση: κάποιους καθοδηγεί η λογική, σε κάποιους πρέπει να αντιπαρατεθούν ένδοξα ονόματα και το κύρος, που να μην αφήσει (=θα συγκρατήσει) ελεύθερο το πνεύμα τους όταν χτυπηθούν από εντυπωσιακές εξωτερικές πράξεις».

# Κατηγορίες παραδείγματος / *exemplum*

Με κριτήριο τον βαθμό ομοιότητας μεταξύ του *illustrans* και του *illistrandum*, στην αρχαία κριτική το παράδειγμα συχνά διακρίνεται στις εξής κατηγορίες:

- 1) ἀφ' ὁμοίου (*simile*),
- 2) ἀπ' ἐναντίου (*contrarium*),
- 3) ἀπὸ μείζονος (*ex maiore ad minus*) και ἀπ' ἐλάττονος (*ex minore ad maius*).

**Σύμφωνα με μία άλλη ταξινόμηση, υπάρχουν τρεις βαθμοί (*gradus*) ομοιότητας:**

1) *exemplum simile*

a) *totum simile*

b) *impar*

α) *ex maiore ad minus*

β) *ex minore ad maius*

2) *exemplum dissimile*

3) *exemplum contrarium.*

# Κατά την πραγματεία *Rhetorica ad Herennium* (1<sup>ος</sup> αι. π.Χ.)

## το παράδειγμα (*exemplum*)

- Θα καταστήσει ένα γεγονός πιο σαφές,
- Θα ενισχύσει την επιχειρηματολογία,
- Θα δημιουργήσει εντυπώσεις,
- Θα εντείνει την αληθοφάνεια,
- Θα κάνει το κείμενο πιο προσιτό προς τον αναγνώστη παρουσιάζοντας τα γεγονότα με περισσότερη γλαφυρότητα.

## Ως τεχνικός όρος στη ρητορική θεωρία ο όρος παράδειγμα

- χρησιμοποιήθηκε για να περιγράψει πράξεις που έγιναν και είναι όμοιες με τους ισχυρισμούς που εκφράζει ο ρήτορας ή αντίθετες προς αυτούς
- θεωρήθηκε “έπαγωγή ρητορική” (Αριστοτ. *Ρητ.* 1356b 2-6)
- στοχεύει στην παρότρυνση ή στην αποτροπή

# Ορισμός του *exemplum* σε Λατίνους συγγραφείς

- Exemplum quod sequamur aut vitemus (Sex. Pompeius Festus 72.5)
- Paradigma est enarratio exempli hortantis aut deterrentis (Donatus, *GLK* 4.402)
- Exemplum est, quod rem auctoritate aut casu alicuius hominis aut negotii confirmat aut infirmat (Cicero, *De Inventione* 1.49)
- Exemplum est, quo rem aliquam ... aut hortamur aut dehortamur (Victor, *Retores Latini Minores* 230.10 Halm)

exempla domestica virtutis

καὶ

imagines maiorum

# Διδασκαλία των *exempla ad imitandum* στο πλαίσιο

- των Δεικτών Επιτυχίας και Επάρκειας του μαθήματος των Λατινικών στο Λύκειο που προνοούν οι μαθητές και οι μαθήτριες να αναπτύξουν σχετικές δεξιότητες ώστε να είναι σε θέση να συσχετίζουν το κείμενο με τον Ρωμαίο συγγραφέα στον οποίο ανάγεται, τον χώρο, τον χρόνο, τα πρόσωπα και τα γεγονότα που αναφέρονται σε αυτό, το ευρύτερο ιστορικό, κοινωνικό και πολιτιστικό πλαίσιο της εποχής του και το συγκείμενο
- του ευρωπαϊκού στόχου για ανάπτυξη ικανότητας πολιτιστικής επίγνωσης και έκφρασης των μαθητών

## ΕΝΑΣ ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΣ ΤΗΣ ΛΟΓΟΤΕΧΝΙΑΣ

Pleni omnes sunt libri, plenae sapientium voces, plena exemplorum vetustas; quae iacērent in tenebris omnia, nisi litterārum lumen accederet. Quam multas **imagines fortissimōrum virorum** -non solum ad intuendum, verurn etiam ad imitandum- scriptōres et Graeci et Latīni nobis reliquērunt! Quas ego, **cupidus bene gerendi et administrandi rem publicam**, semper mihi proponēbam. **Colendo et cogitando homines excellentes animum et mentem meam conformābam.** Sic enim -laudem et honestātem solum expetendo, omnes cruciātus corporis et omnia pericula mortis parvi esse ducendo- me pro salūte vestrā in tot ac tantas dimicatiōnes obicere potui.

Ennius apud Cic. *Rep.* 5.1:  
*moribus antiquis res stat Romana virisque.*

Η ρωμαϊκή πολιτεία στέκεται στα αρχαία ήθη και στους αρχαίους ἄνδρες της

## ΕΝΑΣ ΠΑΝΗΓΥΡΙΚΟΣ ΤΗΣ ΛΟΓΟΤΕΧΝΙΑΣ

Pleni omnes sunt libri, plenae sapientium voces, plena exemplorum vetustas; quae iacērent in tenebris omnia, nisi litterārum lumen accederet. Quam multas **imagines fortissimōrum virorum** -non solum ad intuendum, verurn etiam ad imitandum- scriptōres et Graeci et Latīni nobis reliquērunt! Quas ego, **cupidus bene gerendi et administrandi rem publicam**, semper mihi proponēbam. **Colendo et cogitando homines excellentes animum et mentem meam conformābam.** Sic enim -laudem et honestātem solum expetendo, omnes cruciātus corporis et omnia pericula mortis parvi esse ducendo- me pro salūte vestrā in tot ac tantas dimicatiōnes obicere potui.

## ΠΡΟΤΡΟΠΕΣ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ ΡΩΜΑΙΟΥΣ

Imitēmur nostros Brutos, Camillos, Decios, Curios, Fabricios, Scipiōnes, innumerabiles alios qui hanc rem publicam stabilivērunt; **quos equidem in deōrum immortalium coētu ac numero repōno.** **Amēmus patriam, pareāmus senatui, consulāmus bonis;** praesentes fructus neglegāmus, posteritatis gloriae serviāmus; id esse optimum putēmus, quod est **rectissimum;** sperēmus quae volumus, sed **ferāmus quod acciderit;** arbitrēmur denique corpus virōrum fortium magnorumque hominum esse mortāle, **animi vero motus et virtūtis gloriam sempiternam esse.**

## Η ΓΕΝΝΑΙΟΤΗΤΑ ΔΕ ΒΓΑΙΝΕΙ ΠΑΝΤΑ ΣΕ ΚΑΛΟ

Bello Latīno T. Manlius consul **nobili genere natus** exercitui Rōmanōrum praefuit. Is cum aliquando castris abīret, edixit ut omnes pugnā abstinērent. Sed paulo post filius eius castra hostium praeterequitāvit et a duce hostium his verbis proelio laccessītus est: «Congrediāmur, ut singulāris proelii eventu cernātur, quanto miles Latīnus Rōmāno virtūte antecellat». Tum adulescens, viribus suis confīsus et cupiditāte pugnandi permōtus, **iniussū consulis in certāmen ruit**; et fortior hoste, hastā eum transfixit et armis spoliāvit. Statim hostes fugā salūtem petivērunt. Sed consul, cum in castra revertisset, **adulescentem, cuius operā hostes fugāti erant, morte multāvit**.

## ΜΙΑ ΑΠΟΠΕΙΡΑ ΔΩΡΟΔΟΚΙΑΣ

Manius Curius Dentātus maximā **frugalitāte** utebātur, quo facilius **divitias contemnere** posset. Die quodam Samnitium legāti ad eum venērunt. Ille se **in scamno** assidentem **apud focum** et **ex ligneo catillo** cenantem eis spectandum praebuit. Samnitium divitias contempsit et Samnītes **paupertātem eius mirāti sunt**. Nam cum ad eum magnum pondus auri publice missum attulissent, ut eo uterētur, vultum risu solvit et protinus dixit: «Supervacaneae, nē dicam ineptae, legatiōnis ministri, narrāte Samnitibus Manium Curium malle locupletibus imperāre quam ipsum fieri locuplētem; et **mementōte me nec acie vinci nec pecuniā corrumpi posse**».

## Ο ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ ΜΠΡΟΣΤΑ ΣΤΑ ΔΕΙΝΑ ΤΗΣ ΕΞΟΡΙΑΣ

Unum fuisse **Homēro** servum, tres **Platōni**, nullum **Zenōni** tradunt. Nemo vero eos miserētur, quod infeliciter vixerint. **Menēnius Agrippa**, qui inter patres ac plēbem publicae gratiae sequester fuit, aere collāto funerātus est. **Atilius Rēgulus**, cum Poenos in Africā funderet, ad senatum scripsit mercenarium suum discessisse et ab eo desertum esse rus; id senatui publice curāri placuit, quoniam Rēgulus aberat. **Scipiōnis** filiae ex aerario dotem accepērunt, quia nihil illis reliquerat pater. Aequum mehercule erat populum Rōmānum tribūtum Scipiōni conferre, cum a Carthagine semper tribūtum ipse exigeret. O felīces viros puellārum, quibus populus Rōmānus loco soceri fuit!

## ΕΝΑ ΠΡΟΤΥΠΟ ΙΔΑΝΙΚΟΥ ΑΝΘΡΩΠΟΥ

Sapientem nec paupertas nec dolor prohibet, nec eae res, quae imperitos avertunt et praecipites agunt. Tu illum premi putas malis? Utitur! Non ex ebore tantum Phidias sciēbat facere simulacra; ex aere quoque faciēbat. Si marmor illi obtulisses, si viliōrem materiam, fecisset tale, quale ex illā fieri optimum posset. Eōdem modo sapiens virtūtem, si licēbit, *in divitiis* explicābit, si minus, *in paupertāte*; si poterit, *in patriā*, si minus, *in exilio*; si poterit, *imperātor*, si minus, *miles*; si poterit, *integer*, si minus, *debilis*. Quamcumque fortūnam acceperit, aliquid ex illa memorabile efficiet.

## Ο ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ ΜΠΡΟΣΤΑ ΣΤΑ ΔΕΙΝΑ ΤΗΣ ΕΞΟΡΙΑΣ

Unum fuisse **Homēro** servum, tres **Platōni**, nullum **Zenōni** tradunt. Nemo vero eos miserētur, quod infeliciter vixerint. **Menēnius Agrippa**, qui inter patres ac plēbem publicae gratiae sequester fuit, aere collāto funerātus est. **Atilius Rēgulus**, cum Poenos in Africā funderet, ad senatum scripsit mercenarium suum discessisse et ab eo desertum esse rus; id senatui publice curāri placuit, quoniam Rēgulus aberat. **Scipiōnis** filiae ex aerario dotem accepērunt, quia nihil illis reliquerat pater. Aequum mehercule erat populum Rōmānum tribūtum Scipiōni conferre, cum a Carthagine semper tribūtum ipse exigeret. O felīces viros puellārum, quibus populus Rōmānus loco soceri fuit!

# Γυναικεία *exempla virtutis ad imitandum*

- Αρρία
- Πορκία
- Λουκρητία

Και τα τρία αυτά παραδείγματα ολοκληρώνονται με την αυτοκτονία ως μέσο διατήρησης της εσωτερικής ελευθερίας (*libertas*), ένδειξης *virtus* ή προσήλωσης στην *pudicitia*.

## ΕΝΑΣ ΥΠΕΡΟΧΟΣ ΑΝΩΡΩΠΟΣ

Aegrotābat Caecīna Paetus, marītus Arriae, aegrotābat et filius. Filius mortuus est. Huic Arria funus ita parāvit, ut ignorarētur a marīto; quin immo cum illa cubiculum marīti intraverat, vivere filium simulābat, ac marīto persaepe interroganti, quid ageret puer, respondēbat: «Bene quiēvit, libenter cibum sumpsit». Deinde, *cum lacrimae suaे, diu cohibitae, vincerent prorumperentque, egrediebātur; tum se dolōri dabat et paulo post siccis oculis redībat.* Scribōniānus arma in Illyrico contra Claudium moverat; fuerat Paetus in partibus eius et, occīso Scribōniāno, Rōmam trahebātur. Erat ascensūrus navem; Arria milites orābat, ut simul imponerētur. Non impetrāvit: *conduxit piscatoriam naviculam ingentemque navem secūta est.*

## Η ΠΟΡΚΙΑ ΚΑΙ Ο ΒΡΟΥΤΟΣ

Porcia, Bruti uxor, cum viri sui consilium de interficiendo Caesare cognovisset, cultellum tonsorium quasi unguium resecandōrum causā poposcit eōque velut forte elapso se vulnerāvit. Clamōre deinde ancillārum in cubiculum vocātus Brutus ad eam obiurgandam vēnit quod tonsōris praeripuisset officium. Cui secrēto Porcia «non est hoc» inquit «temerarium factum meum, sed certissimum indicium amōris mei erga te tale consilium molientem: experīri enim volui, quam aequo animo me ferro essem interemptūra, si tibi consilium non ex sententiā cessisset».

## Η ΕΓΚΑΘΙΔΡΥΣΗ ΤΗΣ ΔΗΜΟΚΡΑΤΙΑΣ ΣΤΗ ΡΩΜΗ

Tarquinius Superbus, septimus atque ultimus regum, hoc modo imperium perdit. Filius eius Sextus Tarquinius **pudicitiam** Lucrētiae, uxoris Collatīni laedit. Marītus et pater et Iunius Brutus eam maestam inveniunt. **Illis femina cum lacrimis iniuriam aperit et cultro se ipsam interficit**. Brutus ex vulnere dolōre magno cultrum extrahit et delictum punīre parat. Populum concitat et Tarquinio imperium adimit. Liber iam populus Rōmānus duo consules, Iunium Brutum et Tarquinium Collatīnum, diligere constituit.

## Ο ΠΛΙΝΙΟΣ ΑΝΑΓΓΕΛΛΕΙ ΕΝΑ ΘΛΙΒΕΡΟ ΓΕΓΟΝΟΣ

Tristissimus haec tibi scribo: Fundāni nostri filia minor mortua est. Eā puellā nihil umquam festivius, nihil amabilius nec longiore vitā dignius vidi. Nondum annos XIII impleverat, et iam illi **anīlis prudentia, matronālis gravitas erat et tamen suavitas puellāris.** Ut illa patris cervicibus inhaerēbat! ut nos amīcos paternos et amanter et **modeste** complectebātur! ut nutrīces, ut paedagōgos, ut praceptorēs diligēbat! quam studiōse, quam intellegenter lectitābat! ut **parce** ludēbat! **Quā illa patientiā, quā etiam constantiā novissimam valetudinem tulit!**

Multas gratias vobis ago!